

Pœna delicti attentati.

Conatus plectendus est, voluntas scilicet patrandi maleficii, mediis tamen aliis impedita. Cogitationis pœnam quidem nemo patitur, l. 18. ff. de pœn. *Ge. dancken seyn Zolffrey. Eleganter Petr. Gregor. Tholos. in Synt. jur. univ. lib. 30. c. 2. n. 7. & lib. 24. c. 12. num. 13. Iohan. Schepl. in Prompt. iur. Klamm. tit. 45. §. 6. num. 5. ubi dicit, in foro hoc verum esse, secus de jure poli. Vide Dn. Cunrad. Dierer. in Analys. Evang. Dom. 6. post Trinit. par. 1. doct. 6. Dn. Ioh. Himm. in Postill. Acad. Dom. 19. post Trinitatis, p. 758. Bart. Tag. tract. crim. part. 2. n. 1. & 2. recenset historiam Sultani Solini Solimani, Turcarum Tyranni; cum Deus solus, & nemo aliàs, ne Diabolus ipse, cognoscere, & videre cogitationes nostras & cordis latebras possit. Eruditè Philip. Cam. cent. 1. c. 57. & cent. 2. c. 2. med. hist. Phil. Comin. lib. 3. de bell. Neopol. p. 901. Sed conatus pœna est, Iust. Gobler. Matth. Steph. hîc in auctario. Conferendus Zach. Viet. top. diss. 6. concl. 25. cum seqq. Qui igitur cogitat, & agit, sed non perficit delictum, qui puniendus est? Hîc attendendum, aut quis ad actum remotum, aut ad proximum accessit. Priori casu, si cum telo hominis occidendi causâ incessit, sed nondum vulneravit, vel impeditus, vel pœnitentiâ ductus, punitur extra ordinem, secus si ad actum proximum accessit, ut qui hominem animo occidendi vulneravit, tunc delictum habetur pro expleto, & perinde punitur, ac si delictum perfecisset. Sed, universali consuetudine inspectâ, pœnâ capitali conatus non punitur, ut statuunt Dd. allegati à Steph. hîc, n. 2. in fin. id quod probant etiam *Constitutiones criminales imperii, hîc art. 178.* Quæ tamen consuetudo in atrocioribus criminibus, puta læsæ Majestatis, proditæ, & expugnatae patriæ, assassinii, veneficii, Sodomiae cum similibus, quæ naturali, & civili jure damnantur, locum non habet, in quibus impeditur conatus, etiamsi effectus non fuerit subsequutus, Steph. hîc, nu. 3. 4. 5. ubi ex Bodino lib. 4. de Repub. c. ult. refert ejus rei memorabile exemplum. Sic in seditionis crimine solus conatus sufficit, etiamsi effectus nō sequatur, Valen. Voltz. conf. 2. de inquisitione, n. 155. 156. & ad L. Corn. de sicariis, g. Quod tamē in levioribus criminibus nō procedit, Cujas. 15. obs. 25. Bernh. Zieritz. hîc, verb. *pœna delicti attentati, & verb. etiam extremo supplicio.* Vide Dom. Card. Tusch. concl. pract. 544. verb. *conatus non punitur, nisi sequatur effectus, Dn. Iohan. Harpp. Inst. de publicis judiciis, §. item lex Cornelia de sicar. 5. num. 131. cum seqq.* De pœnis eorum, qui facinus in proprium corpus tentarunt, sed nondum perpetrarunt, consulendi Sneid. in §. *Juris precepta, Inst. de Iust. & Iur. & in §. religiosum, num. 9. Inst. de R. D. Zieritz. hîc, c. 135. Reusn. in tract. de test. part. 2. c. 52. Claud. de Battand. in prax. crim. reg. 70. Meno. h. de A. l. Q. lib. 2. cent. 3. cas. 284. Gramm. dec. 44. n. 4. Ioh. Eichrod. de suis ipsius homicidio, t. 25. Iohan. Copp. lib. 1. pract. obs. 3. num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Benst. ad l. admonendi, 1179. ff. de jurejur. An in furto conatus puniendus? Tu cogit. Vide Matth. Berlich. par. 5. concl. pract. 44. num. 68. 69. cum seqq. An conatus adulterii puniendus? Vide Guid. Panciroli. lib. 2. rer. memor. tit. 2. p. 188. & quoque consule alios, præsertim considera hodiernam Ger-**